

cretum Concilij: an etiam beneficia simplicia iuxta illud vacent ipso iure, etsi residentiam requirant, & in varias seu contrarias itum est sententias, siquidem Navar. *conf. 17. de prebend.* Duenas *Eclesiast. lib. 4. a. num. 96. 120. Flamin. Paris. de refig. benef. lib. 3. quast. 1. a. num. 132.* Cechus *de repub. Eclesi. tit. de beneficiis lib. 3. quast. 1. num. 4. vers. in secundo capite, & vers. ad dignoscendum in fi. cum scripserunt post Trid. & Flores de Mena in pract. quast. 9. 13. num. 15. & seqq. & quast. 23. num. 59.* Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. curia Neapolitana c. 64. num. 4. & 5.* Prosper de Augusti. *ad summa Bullary. Quar. verb. beneficiorum 6. causa affirmantes (licet aliqui trepide) beneficia simplicia per Concilium non vacare ipso iure, quantumvis residentiam requirentia, sed idem sit hodie, quod de iure communi cautum per c. de multa, de prebend. & alia iura de hoc loquentia.*

81 Sed contrariam sententiam; imò quòd hodie nouiori dispositione Concilij Trid. *d. cap. 4.* innouatum sit ius commune, & extendatur ad omnia beneficia simplicia, residentiam de necessitate requirentia, tanquam incompatibilia vacare ipso iure: defendit Oueda *de beneficiorum incompati. 1. p. cap. 9. n. 5.* dicens quòd text. in *d. c. de multa.* inducens vacationem ipso iure, in dignitatibus, & personaribus extenditur ex dicto decreto Concilij, ad quæcumque beneficia incompatibilia, prout sunt residentiam requirentia: idem dicit *cap. 11. in fi. Gutier. conf. 10. num. 1. & 4.* Zechus *in tract. de benef. & pensio. cap. 5. sub num. 4.* tenet. idem ex declaratione sacre congregationis determinauit Rota *in decis. 483. p. 1. diuersorum,* pluries etiam ita declarauit sancta Concilij congregatio, quarum duas refert Hieronym. Gonzal. *in regul. de mensi. & alter. gl. 15. num. 16. & seqq.* indubitanter tenendum esse, ait: quòd in beneficiis, etiam simplicibus residentiam requirentibus, primum vacat ipso iure, per affectationem secundam, quando residentia est præcisa, & obligatoria, secus si casualia respectu amissionis fructuum, aut non continua,

82 sed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatibile, sed id de residentia ad certum tempus accipiendum est, quando in eodem tempore non concurrat residetia, seu feruitium alterius beneficij.

Hanc etiam nouissimè opinionem tenet Vicamefus *conf. 233. num. ultimo.* vbi aliam declarationem ad idem adducit, sequitur etiam nouissimè Leonar. Lessius *de iust. & de iure lib. 2. cap. 34. num. 145.* eandem etiam tenet Azor *2. p. lib. 6. c. 13. quast. 2. 4. 5. 7. & 8.* eandem etiam sententiam sequitur, & pluribus defendit Nicolaus Garcia *de benefic.*

2. tomo 11. p. cap. 5. a. num. 78. cum multis sequentibus, vbi ita pluries censuisse sanctam congregationem, cuius plurimas declarationes ad Concilium Tridentinum editas, ad literam refert. hoc ita dicentes, & interpretantes, vt est videre in *n. 84.* vbi quinque adducit, aliam *sub num. 86. ad fi. & alias vsque ad num. 91.* vbi dicit hanc sententiam, & interpretationem Concilij esse veram, fatisque ei conformem, vbi in comprobationem aliqua adducit, & in *d. num. 86.* dicit hanc sententiam receptissimam esse, testaturque eam ita praticari in dataria, & cancellaria Apostolica, & pariter teneri à Rota.

Et aduerte, quòd Nauarrus relatus pro contraria, non absolute eam sequitur, & defendit: sed dicit, quòd nisi auctoritas sanctæ congregationis Concilij eum in contrariam sententiam traheret; putaret, respondendum esse negatiuè, scilicet; Concilium Trident. idem disponere, & nihil innouasse ius commune, sed pariter ac in illo etiam hodie beneficia simplicia incompatibilia residentiam requirentia; non vacare ipso iure. Et sic tacite intelligitur ipsum in ea nõ perseuerasse, cum in nostram trahat (vt ipse dicit) auctoritas sanctæ congregationis, nostram expressè approbantis, quam literaliter citat Nicolaus Garcia *vbi proxime n. 84.* quòd & ipse Nauar. expressè fatetur.

85 Sed non possum non mirari tantorum virorum, aduersus hanc tenentium, & volentiumque cauillari, & offuscare verba admodum clara Concilij Trid. *d. sess. 7. de reformatione. cap. 4.* quæ nullum dubium profectò accipiunt, ea autem sunt: Quicumque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, siue commenda perpetua, aut alio quocunque nomine, & titulo, contra formam constitutionis Innocentij III. quæ incipit *de multa.* recipere, ac simul retinere, præsumperit, beneficiis ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure, etiam præsentis canonis vigore priuatus existat, &c. Vides quàm clara verba sunt, quàmque inaduertenter moti sunt Doctores præfati, sequentes antiqui, & communis iuris vestigia, & audiendi non sunt.

86 His & vinces aliquos grossi ingenij literatos, qui vulgò existimant: aliud decretum Concilij Trident. *sess. 24. de reformatio. c. 17.* quo decernitur, quòd obrinentes plures parochiales, vna retenta alias infra spatium sex mensium dimittere teneantur, &c. huic esse contrarium. deducentes ex eo, quòd in omnibus beneficiis incompatilibus non dari vacationem ipso iure, etiã in beneficiis curatis; sed imò in eis ex noua hac Concilij disposi

dispositione possessores habere sex menses ad optandum, & eligendum, dimittendumque, quod voluerunt, & euidenter falluntur ignari prædicti Decreti 4. de quo supra. quòd in hoc disponit (vt diximus) vacare ipso iure. nec ei hoc contrarium est, nec esse potest. Siquidem loquitur dumtaxat, & disponit circa possessores plurium beneficiorum tunc tempore; scilicet, illius decreti, vt infra dictos sex menses eligant: non tamen disponit, nec procedit in impofterum obtinendis, scilicet; post Concilium Trident. de quibus & sic *d. c. 17.* disponit de tẽpore præfati, & præterito, vsque ad eius editionem, & promulgationem, vt ex eiusdem verbis euidenter apparet. at verò dictum *c. 4.* a tempore futuro. quòd, & ita bene aduertit Nicolaus Garcia *in tractatu de beneficijs tomo 2. c. 5. num. 78. qui num. 78.* dicit, ita esse accipiendum quòd tradunt Salzedus *in additio. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. c. 48. litera C.* Manuel Rodrig. *in summa c. 31. n. 4.* Vega *1. p. c. 36. casu 24.* Petrus Ledefina. *2. p. summa. tract. 7. c. 2. 12. concl. 6. diffi.* qui satis confusè loquuntur.

87 Alias autem quæstiones, quæ materiam incompatibilitatum beneficiorum attingunt, & concernunt, ad longum poteris videre, & consulere integrum, ac egregium etiam tractatum per Oiedam de Mendoza, qui scripsit de beneficiis incompati. ad longum. Multas etiam celebres quæstiones, vbi multa in praxi contingentia, & necessaria conduxit nouiori etiam iure inducta, corroborata, ac illustrata plurimis decisionibus Rotæ nouissimis, ac declarationibus Cardinalium, in explicationem decretorum Concilij Tridentini editas, videre poteris apud Nicolaum Garcia *de benef. d. 1. p. c. 5.* per totos suos paragraphos *tom. 2.* apud quos cæteri de materia tractates citantur. quas quidem libentissimè omitto, quia ad meum institutum non pertinent, nec conducunt.

CAPVT VIII.

A sententia, qua quis suspenditur, priuaturve officio, vel à nominatione muneris, auctoritate, & vtilitate publici, siue auctoritate tantum, appellationi interiectæ Regiæ curiæ deferri, an mandabit.

S V M M A R I V M.

A suspensione & interdico officij aut beneficij respicientis temporalitatem licita est regulariter appellatio, ac interim suspensus potest illius usum continuare. *n. 1.*

Notarij Ecclesiastici etiam Apostolici imperiti, aut delinquentes reperi possunt per ordinarium perpetuo vel ad tempus suspendi ab officio non obstante appellatione. *n. 2.*

Concilij Trid. *sess. 22. de reformat. cap. 10.* verba expenduntur. *ibidem.*

Sententia lata contra quoslibet Ministros iustitiæ, puta, tabelliones, Alguazelos, executores, &c. ob vararariam, vel excessum tangentem exercitium officij exequitur appellatio non obstante. *n. 3.*

Quod intelligitur, quando à iudice cui subsunt condemnantur ex ratione *ibi. n. 4.*

Officiales minores vt Alguazeli incorrigibiles excessus committentes, possunt ab eorum iudice statim expelli, & manumitti sine lite, & appellatione, sed liberè. *n. 5.*

Officialibus tunc prohibita est appellatio, quando condemnantur pro delicto commisso in administratione officij sui, & à proprio iudice. *n. 6.*

Officialis delinquens extra officium capus ab vna Curia remittitur ex vrbantate ad Curiam superiorem, cuius est delinquens ipse. *num. 7.*

Concil. Trid. decretum *sess. 24. de reformat. c. 20.* disponens de suspendendo & multando notario non exhibente actorum copiam appellanti, explanatur, vt intelligatur appellatio non obstante, cum sit delictum tangens officij administrationem. *n. 8.*

Officialis suspensus vel priuatus officij administratione in Syndicatu paxa exequitur appellatione non obstante. *n. 9.*

Sententia lata in Syndicatu contra officialem iure Regio quomodo exequatur appellatione pudente. *n. 10. remissiuè.*

Iudices Ecclesiastici liberè possunt punire suos officiales laicos delinquentes in officiorum administratione. *n. 11.*

Episcopus Vicarium, Castellanus castelli sui substitutum, index suum locum tenentem quando possit liberè amouere cum causa, vel absque illa, vel quando non reuocare iurauit. *num. 12. remissiuè.*

Officia & beneficia ad nutum amobilia, quando sine causa possint tolli. *n. 13. remissiuè.*

Notarium semel electum per iudicem ad aliquod negotium, non poterit index sine causa remouere usque ad finem ipsius negotij. *n. 14.*

Notarijs duobus electis si vnus caperit acta alius negotij scribere, alius deinceps non poterit se intrinmittere, nisi impedito primo. *n. 15.*

Instrumenta & alia acta conducentia ad litem, quæ tractatur coram vno notario, non sufficiunt coram alio notario, etiam eiusdem iudicij & tribunalis presentare, & producere. *n. 16.*

Electus & nominatus ad officium seu munus publicum vtilitate & auctoritate, si habens excusationem intra terminum ad appellandum

ea opposita, non prouocet; videtur electioni consentire, & amplius non auditur appellans. num. 17.

Cauendam est ab Scacia indistincte asserente, esse appellandum intra decem dies à nominatione muneris utilitate & autoritate publici, quia hoc pendet à iustificacione excusationis proposita intra illud tempus. n. 18.

Ab electione & nominatione muneris nulliter & non seruata debita forma celebrata, nec est necesse appellare, nec executioni mandanda erit. num. 19.

Electio ad munus publicum facta de incapace suspenditur per appellationem & contraditionem, possessionisque traditio interim nulla est. num. 19.

Electio ad munera publica quibus pertinet, & quis ad eam sit citandus, & an per electionem indigni priuatur eligens pro illa vice. n. 20. remissum.

Concil. Trid. sess. 24. de reforma. cap. 18. explanatur prohibens, ne examinatores ad examen beneficiorum recipiant stipendium aliquod, etiam ex fructibus ipsius beneficij. n. 21.

Examinatores electi & nominati possunt per ordinarium cogi illud munus (cum sit publicum utilitate & autoritate) subire. n. 22.

Examinator si electus intra terminum ad appellandum legitimas excusationes non proponat, imposterum erit cogendus, & eius appellationi non deferendum. n. 23.

Electo ad officium publicum autoritate, priuatum vero utilitate, ut est tutela, & cura, si intra quinquaginta dies legitimas excusationes probatas iudex non admittat, permittitur appellare, non secus. n. 24.

Lex 1. §. si quis tutor, ff. quando appellandum sit, dans formam, & constituens differentiam quoad appellandum ab electione ad tutelam, & ad munus seu honorem, explanatur. num. 25.

l. si re. 15. ff. de excusat. tutor. verba referuntur. ibidem.

Reprobatur opinio Sigismundi Scaciae. n. 26.

Appellare non posse à nominatione muneris, & postea appellare à reiectione legitime excusationis proposita, multum distat. n. 27.

l. cum in vna §. tutor ff. de appellationibus. verus sensus redditur. n. 28.

Termini habiles in omni dispositione supponendi sunt. ibidem.

NEN licet verum sit, vt appellationi interposita à suspensione, & interdictio officij, seu beneficij temporalitatem respicientis, non deferens vim faciat manifestam, cum ea pendente, continuare possit eius vsum, Philip. Franch. in cap. ad hoc, quoniam in princ. de appella. & per argumentum

ab speciali text. in cap. si cui, de sententia excommuni. lib. 6. tenet glo. ibi, verbo, sequentem, approbata per Archidi. & Ioan. Andr. eam commendat post Abb. Franch. vbi proximè, per Abb. & alios, ita tenet Emanu. Rodrig. in questio. regula. q. 39. artic. 5. tom. 1. Lancelo. Robert. de atten. 2. p. c. 12. in prefatione nu. 84. 85. 86. Decius consil. 204. in causa cathedrali, per totum, & post alios nos exactissime rem hanc examinauimus supra lib. 2. cap. 5. ad fin. num. 123. vsque ad nu. 127. Vltra quæ, quod suspensus, vel priuatus aliquo officio, aut dignitate, appellans regulariter maneat illæsus continuans exercitium, & vsum officij & dignitatis, probat glo. celebris in c. sepe, verbo, sententia, in fin. de appel. communiter approbata secundum Abb. ibi num. 14. in fi. & num. seq. Ill. in l. 1. num. 10. ff. de re iud. glo. quod autem in c. in summa 8. quest. 4. Alexand. & Bart. in l. furti ff. de iis qui notant. infam. Bobadil. in poli. lib. 5. c. 1. num. 191. ad fin.

Tamen nonnulli sunt casus speciales, quibus à sententia, qua quis priuatur, vel suspenditur officio, appellationi interiectæ, haud vim faciat non deferens, vt de tabelione disponit S. Concil. Trident. sess. 22. de reforma. c. 10. in hæc: Cum ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oriatur, possit Episcopus quoscumque notarios, etiam si Apostolici, Imperiali, aut Regia autoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatus sedis Apostolicæ, (examinatione adhibita) eorum sufficientiam scrutari, illisque non idoneis repositis, aut quandoocumque in officio delinquentibus, officij eius in negotiis, litibus, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi vsum perpetuò aut ad tempus prohibere, nec eorum appellatio interdictionem ordinarij suspendat, &c.) tenent Barbof. in remiss. ad d. c. 10. super illis verbis, nec eorum appellatio, &c. videndus Azeuedius in l. 2. nu. 18. tit. 7. lib. 3. noue recop. pag. 285.

Quod quidem, & generaliter verum est, & obrinet iure communi in cæteris iudicibus officialibus, alguazelis, birroariis, executoribus, tabelionibus, & aliis ministris, qui si à iudice condemnentur ob excessum, violentiam, varatariam, vel quoduis aliud delictum, commissum in suorum officiorum administratione; non audiantur appellantes, imò appellatione non obstante, sententiam, & eius penam executioni licetè mandari, desiderat, l. nulli officialium C. quorum appella. non recip. ibi, Nulli officialium à sententia proprii iudicis prouocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod ratione ciuili super patrimonio fortè ad prouocationem iudicem inchoauerit, scilicet vt in eo tantum negotio

gotio à sententia eius, cui parerit iudicis, quisquis velit officialis appellat, &c.) prout etiam text. in c. si quis appellat, alias, si quis nulli quoque officialium 2. quest. 6. vbi hæc lex canonizata est, vbi glo. verbo officialium, intelligit dictam legem, quoad à proprio iudice eiusdem officialis damnatur, quam referens sequitur additio ad glo. verbo, nulli, d. l. nulli officialium, reddentes rationem, cum verisimile non sit, vt talis iudex ferat contra eum sententiam, nisi clarè reperisset delictum, & eandem iurium dispositionem probat optime Speculator (loquendo in tabellione, & executori, quibus condemnatis ob malam administrationem officiorum, negandam appellationem) lib. 2. tit. de appella. §. in quibus num. 4. optime Bal. Salicet. & Paulus de Castro in d. l. nulli. vbi Bart. in fi. optime exactè Auilesius in capit. prator. cap. 10. verbo, appellare. fol. 296. Rebut. in commenta. 3. p. tract. de appella. art. 8. gl. 2. num. 13. quam intelligunt in proprio iudice prout intellexit gl. in d. §. nulli quoque, & Angel. in d. c. nulli. Amedeus in tract. de syndicato, num. 236. fol. 72. Puteus in eodem tract. de syndicato, verbo, appellatio. cap. 1. num. 16. & sequen. fol. 118. Bobad. in poli. lib. 1. cap. 12. num. 62. & supra. & idem Boba. in lib. 2. cap. 17. num. 48. ad fi. & idemmet eodem lib. 1. cap. 13. num. 37. vbi probat, officiales inferiores (prout sunt Alguazeli) incorrigibiles excessus committentes, posse à iudicibus statim, & absque dilatione manumitti, & expelli, quia cum in horum punitione plures sint à iure specialitates, vt possint amoueri officia absque respectu aliquo, processu, nec appellatione, liberè iudici hoc liber, vt cessent imposterum scandala & delicta.

Et quod intellige, prout præcitari, & citandi Doctores communiter intelligunt; vt procedat d. l. nulli. in prohibitione appellationis, quando officialis damnatur à suo proprio iudice, & pro delictis commissis in officio, vt probat d. l. ibi, à sententia proprii iudicis, &c.) latè resoluti & optime Prosper Farina in tract. crimi. 3. tom. quest. 101. cap. 1. à num. 83. cum seqq. vbi num. 86. postquam ex aliis refert particularem potestatem iudicum in suis officialibus puniendis, dicit ex vrbantitate officialem delinquentem extra officium captum ab vna Curia, remitti folere ad Curiam superiorem officialis, prout testatur de vrbe Romana, quod nota ad officiales supremorum tribunalium, vt etiam delinquentes extra officiorum administrationem, iudices ordinarij inferiores hos debeant remittere ad tribunalia suprema, & ab eorum cognitione se abstinere, vt debitus honor deferatur.

8 Ex quibus inferre poteris ad sac. Concil.

Trid. sess. 24. de reformatione cap. 20. ad fi. vers. qui notarius. dum dicit: Porro ipsam actorem copiam teneatur notarius (congrua mercede accepta) appellanti quantum citius, & ad minus intra mensem exhibere, qui notarius si in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij administratione arbitrio ordinarij suspendatur, & ad duplicem penam, quanti ea lis fuerit inter appellatam, & pauperes loci, distribuendam, compellatur, &c.) vt intelligatur huius penæ applicatio appellatione remota, cum delictum tangat malam officij administrationem ex Doctoribus relatis. & indicat illud verbum (compellatur) quo Trid. vtitur, quod pertinet ad executionem, vt latè nos lib. 2. c. de deposito quod est 16. à num. 7. cum seqq.

Quibus quidem conuenit, quòd officialis suspensus, vel priuatus officij administratione, vel aliàs quoquo modo condemnatus in syndicato; non potest appellatione pendente officio vti, cum pena, in tali iudicio illata, executioni mittatur ea non obstante. ac ideo ordinarius denegans delationem, violentiam nullam committit, tenet Maranta de ordine iudicio. tit. de appella. n. 193. Petrus Duena in regul. 42. num. 20. fundatur vterque (non in iure communi) sed in regijs quibusdam constitutionibus, ab eisdem citatis. Sed quod idem sit omnino dicendum de iure communi, scribit Speculator in tit. de appella. §. in quibus vers. 3. lib. 2. Ill. in l. qui iurisdictioni, colu. 3. Angel. & cæteri in l. nulli. C. quorum appell. non recip. Paris de Puteo in tract. de syndicato, in verbo, appellatio, & in verbo, syndicatus, & in verbo, à sententia lata, fol. 14. & 17. Lancelot. Rober. de atten. 2. p. cap. 12. l. mi. 20. per totam, Manfred. lib. 2. practi. conclusio. super atten. concl. 128. & sequenti. & iterum concl. 173. Modernus in annotatio. ad Aeguidium. num. 195. & sic pariter in syndicato ab officiali damnato appellationi interiectæ non deferens ordinarius vim non faciet, licet in hoc Regno Hispaniæ officialibus secularibus damnatis per syndicatum certo modo, & non absolute, eis est prohibita appellatio, vt est videre per adducta latè ab Auilefio in capit. prator. cap. 10. à num. 2. cum seqq. fol. mihi 296. Bobadi in poli. lib. 5. c. 1. à num. 19. cum seqq. & latissime hoc examinans probat ex multis aliis Prosperus Farinae. pract. crim. 3. tom. quest. 101. cap. 1. à n. 89. cum seqq.

Et quoad supradicta aduerte; quòd Episcopus, & iudex Ecclesiasticus liberè potest punire, & castigare suos notarios, Alguazelos, ficiales, aliòsque ministros, & officiales laicos, delinquentes in suis officiis, vt expressè dicit S. Concil. Trid. sess. 22. de reforma.

reforma. d. cap. 10. ibi, imperiali, aut Regia auctoritate creari fuerint, &c.) probant Aufrerius in tract. de potest. Ecclesias. super Laico num. 19. Bald. in l. 2. C. de sportul. & in cum parati. & ibi Præpositus de appella. Puteus de syndica. verbo officialis cap. 1. num. 3. fol. 247. Tiberius Decia. in tract. crimi. 1. tomo lib. 4. cap. 10. num. 3. vers. septimo argumento d. §. si quis. Boba. in poli. lib. 2. c. 77. num. 48. Parlado. in seiquen. differ. differen. 9. §. 1. num. 28. allegans Bal. ei ceteris annuentibus, in l. nullus C. de testibus & probatur arg. l. 2. C. de off. magistr. militum. l. officium ff. de re milit. l. si quis forte §. si quos ff. de pacis auth. de manda. Principum, §. quod si delinquentes.

- 12 Et an & quando Episcopus Vicarium Castellanus Castellitensem, vel iudex sui substitutum, vel locumtenentem, possit liberè amouere, cum causa, vel absque illa, vel quid, quando, id non facere, iurauerunt. vide Bald. & Alberi. in l. si ita §. Dominus, ff. de usu & habitatione, & in cap. 1. iuncta gl. de feudis guard. & gald. & ibi Bar. Boërius de elec. 199. num. 25. gl. in clem. 2. de rescrip. verbo, per electionem, Dominicus in c. 1. de off. vicar. in 6 Ripa in cap. 1. num. 44. de iudicij, Rebut. latè in praxi benef. in forma Vicary lib. 1. à num. 192. Didac. Perez in l. 1. tit. 5. colu. 963. vers. & ista opinio, lib. 3. ordin. Segura in decreto iudic. 2. p. cap. 5. num. 1. fol. 205. Conradus in templo iudicum lib. 2. cap. 6. §. 1. de constitutione Vicary num. 7. fol. 176. Loazes in allegatione pro marquine de los velles, in respon. ad 5. & 6 funda. num. 133. Boba. in poli. lib. 1. cap. 16. à num. 9. Anton. Gab. lib. 2. commu. opinio.
- 13 conf. 1. de iur. iur. num. 86. latè etiam Gratianus. discepta. foren. c. 167. per totum, vbi de officiis, & beneficiis amobilibus etiam ad nutum.

- 14 Qui num. 17. firmat, quòd notarium, semel electum ad causam non poterit iudex remouere sine causa vsque ad finem causæ. Felin. in c. quoniam contra num. 4. de probatio. Castren. in l. testamenta omnia C. de testamentis. Bald. in l. 2. num. 9. C. quomodo, & quando iudex, in auth. sed iudex C. de sacros. Eccles. ad eò vt duobus tabellionibus electis, si vnus ceperit acta scribere, alius non poterit deinceps se intromittere, nisi impedito primo; tenet Gratia. vbi proximè d. cap. 167. n. 19.

- 16 Cui conducit, quod dicit Marefcortus variarum resolutionum. lib. 2. cap. 107. num. 4. quòd instrumenta, seu acta, quæ coram vno notario tractantur; non sufficiunt præsentare, nec producere in actis alterius notarij, etiam eiusdem iudicis, iudicij, & tribunalibus, sed omnino debet produci in actis eius, qui causam cæpit tractare, qui testatur, ita fuisse determinatum per Rotam in vna Romana,

cenfus 4. Decembris 1597. coram Cardinali Pamphilo.

Superest secundum nostri capituli partem examinare: an non deferens appellationi interpositæ à nominatione publici officij, vim iudex facere dicatur: in quo duplex consideratur à iure distincto amplectenda. Etenim aut agimus de nominatione, & electione, muneris publici auctoritate, & vtilitate simul, hoc est, quòd omnimodo, & principaliter sit inductum in reipublicæ vtilitate, prout est syndicus, procurator, decurio, executor tributorum, & similes. & tunc si nominatus ad munus legitimam excusationem habens intra tempus ad appellandum minimè prouocauerit; videtur tacite electioni de se factæ consentire, & acquiescere, ac ideo vltèriùs non admittitur, nec auditur appellans. text. in l. hi qui. ibi, Hi qui ad ciuilia munera, vel ad decurionatum, vel honores euocantur, licet vacationem à principibus acceperint: si appellationis auxilio non vtrantur, consensu suo nominationem confirmant. eum igitur ad munus vocatus appellaueris apud præfidentem provincie, iuste te appellasse ostende, &c.) C. de appella. text. in l. (ciues, & incolæ manifestas etiam excusationes habentes, si sub iusta nominatione non appellauerint; ad earum probationem non admittuntur, &c.) C. eodem. text. etiam expressus in l. si ad scribatum nominatus non prouocasti l. nominationes. C. eodem tit. de appella bonus etiam text. in l. 2. & l. cum decurionatus. C. de decurionibus lib. 10. c. nominationes 2. quest. 6. l. 8. sit. 23. p. 3. Cynus Bald. & Salicet. in d. l. si hi qui, & in d. l. si ad scribatum, Bart. Bal. & Salicet. in d. l. ciues Bart. in l. 1. §. 1. ff. quando appellandum sit, optimè Speculator & eius additionator in lib. 2. tit. de appellationibus §. in quibus num. 9. Angel. in §. qui autem excusare, post prim. in situ. de excusatio. tuto. Ioan. de Platea & Lucas de Pena in d. l. 2. & vbi libet gloss. Auenda, de exequen. manda. cap. 19. num. 26. in §. & est videnda l. 3. tit. 16. lib. 3. ordina. Bald. in l. si pater num. 4. C. si penden. appella. mors. Maranta in specul. 6. p. acta 2. in verbo, & quandoque appellatur. num. 324. fol. 506. Rebut. in tract. de sentent. prouiso. art. 3. gl. 2. n. 1. & in tract. de appella. art. 7. gl. 2. num. 18. Ruginel. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 246. Cauendum est tamen à Sigisfundo Escacia tract. de appella. quest. 17. limi. 23. fol. 478. dum absolute dicit; appellandum esse intra decem dies à nominatione muneris, auctoritate, & vtilitate publici, cum hoc pendeat ex legitimis excusationibus per nominatum allegatis, & sic sub hac qualitate illius appellationi deferunt iura, & Doctores citati.

Quam

- 19 Quam conclusionem, vt limites, velim: quando ipsa nominatio valide facta fuit, secus si nulliter ob non puta, seruatum ordinem, & formam electionis, vel ob aliquod aliud defectum: quia tunc tanquam à nulla, non indiget appellari, nec est executioni mandanda, text. est in l. si constat. 12. ff. de appella. vbi glo. verbo, superuacua fuit, & Bart. glo. verbo interposuerunt in d. l. 1. §. 1. ff. quomodo & quando appellandum sit, optimus text. in l. nominationes 27. vbi glo. Bart. & Salicet. C. de appellationi. & in l. veteranis. per text. ibi C. quando prouocare non est necesse. vt tunc non deferens appellationi vim facere, declarabitur iuxta traditã à nobis regulam infrã glo. lib. cap. 9. vt scilicet, deferatur appellationi, cuius ratio in promptu esse constat. & quòd electio seu nominatio ad hoc munus publicum facta de incapace, & indigno suspendatur per appellationem, & contradictionem, ita vt interim eius executio suspendenda sit, & possessionis itidem traditio, ex pluribus comprobatur Boba. in poli. lib. 3. c. 8. à num. 48.
- 20 qui quidem à num. 40. cum infinitis sequentibus plures quæstiones resoluti, horum officiorum nominationes tangentes, quibus pertineat, quis sit citandus, & an per electionem indigni priuictur eligens illa vice. & de multis alijs vtilibus, & necessarijs ibi vide.

- 21 Et ex superiùs dicta resolutione infero ad ea, quæ dicit Nicolaus Garcia de benefic. tomo 2. 9. p. c. 2. num. 378. dum superiùs à num. 368. disputat, an examinatio ad examen beneficiorum deputatis, iuxta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 18. possit (non obstante prohibitione eiusdem Concilij, & sanctæ Congregationis super eodem) nihilominus aliquod stipendium, seu merces pro suo labore dari, saltim ex fructibus beneficij, qui postquam negatiuam amplexus, dicit in d. num. 378. rectè posse examinatos cogi, hoc munus gratis subire, cum sit munus publicum, & à sancto Concilio Tridentino inductum, vt faciat ad nostrum prouocatum, quòd si ita nominatus, legitimas excusationis causas proponens non appellauerit intra tempus à iure concessum appellandibus; nequaquam sit impostum audiendum, sed potius cogendus, nec delationem denegans vim faciet, cum sit munus publicum auctoritate, & vtilitate simul.

- 24 At verò quando munus, ad quod aliquis nominatur, seu eligitur; non est publicum auctoritate, & vtilitate simul, sed autoritate tantum (prout est tutela, & cura) quod licet sit publicum quoad auctoritatem, quia conuenit reipublicæ, vt minores tuteantur; tamen vtilitas non est publica, sed priuata omnimodo, cedens ipsi minori, in cuius

commodum principaliter hoc munus inductum est à iure. tunc quidem nominatus ad idem non potest appellare à tali nominatione, & electione, sed tamen ei permittitur, vt intra quinquaginta dies suas legitimas, & à iure approbatas excusationes proponat, quas si probatas iudex non ad miserit, licita est nominatio appellatio, ita probat text. elegans (vtrumque distinctionis membrum probans) in l. 1. §. si quis tutor ff. quando appellat. sit. cuius sunt verba: Si quis tutor datus fuerit, vel à testatore, vel à quouis alio, qui ius dandi habet, non oportet eum prouocare, hoc enim Diuus Marcus effecit: sed intra tempora præstituta excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet. Cæterum antè frustra appellatur: alia causa est eorum, qui ad aliquod munus, vel honorem vocantur: cum dicant, se habere excusationem, nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ; quàm si appellationem interposuerint, &c.) text. etiam in l. tutores. 18. text. in l. excusationis. 3. C. de excusationi. tutor. text. expressus in §. qui autem excusare se voluit, non appellat. &c. 18. institut. de excusatio. tuto. vel cura. text. in l. scire 15. ibi, Scire oportet, quoniam nec dati tutores, nec testamentarij prouocare necesse habent, vt ostendit constitutio diui Veri & Antonini, hoc autem obseruari oportet, & in datis curatoribus; in paucissimis enim distant curatores à tutoribus. aduersus denique sententias auferentes eis excusationes, licentiam habebunt appellandi, &c.) ff. de excusationi. tutorum. l. Caij 19. ff. eodem tit. c. viduum 2. q. 6. l. 4. tit. 17. p. 6. hanc doctrinam probant Rebut. de sentent. prouiso. art. 3. gl. 2. n. 1. tomo 1. fol. 276. & in tract. de appellationi. art. 6. gl. 2. num. 18. vers. septimo tomo 3. fol. 503. & idem Rebut. in commentar. 3. p. tract. de appella. art. 8. gl. 2. num. 18. Bald. in l. si pater 4. in §. num. 4. C. si pendente appellatione mors. Marant. in specul. 6. acta 2. prin. verbo, & quandoque appellatur. num. 324. limi. 20. fol. 506. Ruginel. tract. de appella. §. 2. cap. 3. num. 246. glossa, B. Bal. Cyn. Salicet. & alij in locis superiùs citatis; glossæ & Doctores in his allegatis legibus, Angel. post glossam, & ibi optimè Picard. à Minuela acutus, & præceptor meus, in d. §. si quis autem excusare. Speculator lib. 2. tit. de appella. §. in quibus num. 9.

Hinc venit meritò reprobandus Escacia 16 de appella. quest. 17. limi. 33. sub num. 1. dum dicit, quòd licet hæc doctrina communiter teneatur, illi tamen videtur de vento, cum saltim possit appellare post reiectam excusationem, sed minus rectè, minusque loquitur peritè. Etenim non omnes tutores habent

bent legitimas excusationes ad proponendum, vel si habent, omittunt, vel si proponunt, aliquando non legitimas excusationes ad proponendum habent, sed friuolas, & à iure non approbatas. Quibus casibus omnibus cessat ratio appellandi, & sic euidenter apparet, iura disponētia, à nominatione muneris utilitate priuati, non appellari, non seruire de vento, vt putauit Escacia. quia aliud est, non posse appellari à nominatione, aliud posse appellari à reiectione legitimæ excusationis propositæ.

27 Nec his obstat text. in l. cum in vna. §. tutor ff. de appella. vbi dicit: tutor pupillo datus si prouocet, interim pupillo curator dabitur, &c.) quasi innuere, & supponere videtur ab ipsa datione, & nominatione fuisse prouocatum. quia intelligēdus est secundum d. §. si quis tutor. & l. scire oportet, cum alijs, vt ab excusationibus non admittis, non autem à nominatione dumtaxat, appellatum fuerit. prout optimè interpretatur, & intelligit glo. verbo non appellat, in d. §. qui autem excusare, instituit. de excusa. tuto. qui est verus intellectus, quia tunc à reiectione iustæ excusationis propositæ, licet appellari, ex supradictis. quoniam à denegato beneficio iuris appellationi deferendum est interpositæ, vt diximus ad propositum supra lib. 2. cap. 1. de interlocuto. circa appell. ab exceptio. & sic illa verba d. §. tutor si prouocet, & intelligi necessariò debent, tempore quo potest (terminis habilibus suppositis) quia dispositio de aliquo actu loquens, intelligitur de valido, solemnni, & solemniter celebrato, l. non putauit, §. non quæuis, de bonorum possess. contra tabu. latè in c. 9. in fi hac 3. p. in c. quando ratio appellandi est in promptu, à principio.

CAPVT IX.

Si in iudicijs priuilegiatis, seu alijs inappellabilibus ratio appellandi sit in promptu, appellationi à sententia emissæ an iudex non deferens vim faciet. & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur: præcipue in prouisione beneficiorum, tam curatorum quam simplicium.

SYMMARIUM.

Claus est totius tractatus violentiæ solemnitate ac forme omisio, qua inducuntur nullitates, ad quas peritissimi aduocati confugiunt, cupientes impedire executionem, etiam his

causis sui natura inappellabilibus. num. 1.
Nullitas aut euidentis iniquitas apparet ex actorum inspectione dicitur esse in promptu, & notorie constare. n. 2. & vide n. 34.
Dispositio excludens omnes nullitates non intelligitur exclusiua nullitas notoria, quæ patet ex actis. n. 3.
Et quid iure regio remissiuè ibidem.
Appellandi ratio in promptu esse dicitur, etiam casibus alijs priuilegiatis, & sui natura inappellabilibus; si nullitas apparet ex actis, cum tunc sententiæ executio suspendatur. n. 4.
Appellandi ratio in promptu esse dicitur, quando incontinenti iustificatur appellatio, quæ est legitima admittitur quoad utrumque effectum. n. 5.
Iniquitas euidentis, & iniustitia notoria, idem operatur ac nullitas, atque pariformiter sententiæ executionem impedit. n. 6.
Appellatio nunquam intelligitur prohibita ratione respectu notoriæ iniquitatis. n. 7. vide num. 34.
Senatus Regius aditus per viam violentiæ communiter decernit, deferendum esse appellationi interiectæ, vbi euidentis iniustitia apparet ex actis (reprobata opinione Iosephi Sese). n. 8.
Sententia nulla executionem non meretur, quæ & nomine sententiæ caret. n. 9.
Dispositio loquens de actu, intelligitur de valido, non de nullo. n. 10. & n. 12.
Quod nullum est, effectum non sortitur. n. 11.
Dispositio nulla caret executione, nomine & effectum, atque pro non facta reputatur. n. 12.
Per actum nullum non interruptitur prescriptio. num. 13. remissiuè vbi simul de effectibus sequentibus.
Non perpetuatur iurisdictio.
Non rumpitur primum testamentum validum.
Non inducitur mala fides.
Non inducitur litis pendentia.
Non tribuit causam prescribendi.
Non expirat potestas quominus actus iterum valeat celebrare.
Testium examen nulliter factum non derogat primis depositionibus.
Publicatio minus rectè facta non impedit.
Non cadit quis in commissum, vide remissiuè d. num. 13.
Actus nullus aliquos an pariat iuris effectus, & quos. n. 14. remissiuè.
Clausula (parito iudicato) operatur his casibus dumtaxat, quibus sententia transiit in rem iudicatam, aut alijs executionem meretur. n. 15.
Rescriptum Principis recipit interpretationem à iure communi. ibidem.
Clausula (parito iudicato) non operatur quando sententia est nulla, nec alijs meretur executionem. n. 16.

Clausula

Clausula (parito iudicato) vt effectus impediatur, debet nullitas esse notoria patens ex actis. num. 17.
Clausula (parito iudicato) non operatur vbi sententia est notorie iniusta, quia non transit in rem iudicatam. n. 18.
Ratio appellandi vbi est in promptu, putà per nullitatem, etiam in remedio l. fin. C. de edicto d. Adri. appellatio utrumque habet effectum. num. 19.
Appellatio ab executione notoriè nulla virtute obligationis Cameralis, aut guarantee admittitur quoad utrumque effectum. n. 20.
Ius præcipiens fieri executionem contractuum, non intelligitur de nullis & inualidis, cuius exceptio executionem rectè impedit. n. 21.
Nullitas notoria patens ex actis impedit executionem trium conformium. n. 22.
Appellari potest etiam vbi alijs ius prohibet, quando nullitas patet ex actorum inspectione, quia tunc cessat presumptio, quæ erat pro sententia. n. 23.
Nullitas notoria in genere sumpta diuiditur in tres species. n. 24.
Appellatio à nullitate paratam habente probationem, impedit executionem vnius sententiæ, siue sui natura sit priuilegiata, vt in alimentis, possessorijs, obligatione Camerali, &c. siue quia transierit in rem iudicatam. ibidem.
Siue hæc nullitas exceptio probetur ex eisdem actis, siue aliunde, dummodo sit in continenti. num. 25.
Nullitas notoria & manifesta patens ex actis impedit trium conformium executionem, non tamen alia probatio, etiam in continenti hoc casu releuans est. n. 26.
Iurisditionis defectus probatur ex inspectione processus. n. 27.
Citationis defectus probatur ex actorum inspectione. n. 28.
Mandati defectus probatur ex actorum inspectione, & impedit executionem etiam trium conformium. n. 29.
Nullitas apparet ex facie sententiæ magis quam alia quæuis dicitur notoria. n. 30.
Sententia lata non seruatis terminis substantialibus iudicij est notorie nulla, atque nullitas insanabilis. n. 31.
Nullitas proueniens tam ex non seruatis terminis substantialibus, quam ex alijs concernentibus substantiam iudicij, & ob non seruatum formam statuti requisitam ad actum, impedit executionem. n. 32.
Nullitas requirens altiore indaginem, quia nec constat ex actis, nec in continenti eius probatio offertur, impedit executionem irretractabilem. num. 33.
Notoria iniustitia tunc impedit executionem sen-

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

sententiæ, quando euidenter ex actis apparet, sufficit tamen qualis qualis offuscatio ad tollendam illius notorietatem. n. 34.
Acta faciunt rem notoriam, quia quod ex actis resultat, notorium dicitur. n. 35.
Sententia amplius non dicitur notorie ex actis nulla & iniqua, quando ex aduerso aliquid opponitur, quod dubitationem, aut offuscationem pariat. n. 36.
Oppositio & offuscatio etiam si contineat iuris subtilitatem tollit notorietatem nullitatis ex actis resultantem. n. 37.
Nullitas velata, qua potest habere dubitationem & disputationem, non est notoria, nec impedit executionem trium conformium. n. 38.
Forma si est omisita in prouisione beneficij tam curati, siue simplicis, vel alia nullitas apparet, appellatio admittitur suspensiuè. n. 39.
Prouisio beneficiorum erit nulla, si non seruetur forma prescripta à iure, statuto, aut fundatione. n. 40.
Forma omisio actum corrumpit, & vitiat. n. 41.
Beneficium prouisum non seruata debita forma nec acceptari, nec retineri potest, etiam in foro conscientiæ, secundum magis communem opinionem. n. 42.
Forma & solemnitas ad prouisionem beneficij non fundatur in presumptione, nec falsa causa, & sic etiam si fraus absit obligat in conscientia. n. 43.
Prouisio Parochialium facta non seruata forma prescripta à Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. & motus proprii in conferendis, irrita est ipso iure. n. 44.
Prouisio Parochialis non seruata forma vacare dicitur, vt antea. ibidem.
Clausula (irritans) qua vitantur Concil. Trid. & motus proprii, inducit formam. n. 45.
Clausulam (irritans) continent omnia decreta Concilij Trident. n. 46.
Decretum (irritans) contentum in lege conciliari, an & quando etiam ipsum Papam liget. num. 47.
Appellationi à prouisione beneficij siue curati, siue simplicis, siue extrajudicialiter siue iudicialiter celebrata, nulliter tamen & cum forma omisione, deferendum esse, indistinctè discernitur in supremis tribunalibus aditis per viam violentiæ. n. 48.
Edictorum omisio in prouisione Parochiali an vitiet concursum, & qui affirmatiuam indistinctè tenuerint. n. 49.
Edictorum omisio regulariter prouisionem beneficij non vitiat, nisi tantum vbi consilium prouinciale id statuit. n. 50.
Connuncuntur Doctores contrariam opinionem tenentes, scilicet Zerola & Cechus, vbi verus sensus declarationis Congregati, per eos citata restituitur. n. 51.

h Concurfus